

sole igitur omnium rerum moderatore primo loco dicemus, dein de luna Quare contuendum est. Inter septem errantia astra, medius sol fertur amplissimam magnitudinem & Potestate, nec temporum modo terrarumque, sed syderum etiam ipsorum coelique rector, hic lucem rebus ministrat; aufertque tenebras: hic reliqua sydera occultat, hic vices temporum, annumque semper renascentem ex usu naturae temperat, hic suum lumen ceteris quoque syderibus scenerat, praeclarus, eximius, omnia inuens. Et ut summam dicatur: accedat Diuus Hieronimus in ezech: sic scribes Omnia coelestia & terrestria, & quicquid sub humana cadit intelligentia solis rotis voluitur. Accedat etiam ex Egyptiorum sententia Iamblicus ita loquens Quicquid habemus boni, habemus a sole.

- C ¶ Quo circa ut paucis condo celsatio veris loci aut motus solis omnibus manifestaretur (praeclisior tamen et in omne pro modo tempus duraturam supputationem, quia non huius temporis est: in aliud referuamus) Digessimus itaque Calendarium, menses habens Rhomanos, quibus e directo cuiusvis diei, dextram versus in columnella cuius titulus est, Solis motus, duo offeruntur numeri, prior graduum posterior minorum (si quibus adhaeserint) Qui gradus & minuta eius sunt signi quod titulus proximo supereminens indicat. Præterea post tabulam ingressus vel introitus solis in Arietem exarata est tabula, cui superne inscribitur, Tabula reificationis loci solis. In qua primo occurrunt numeri Annorum Christi domini, post quos dextrorsum, minuta plerumque, non nunquam gradus & minuta. ¶ Supputaturus igitur verum locum aut motum solis in signifero, Cum numero annorum Christi oblato. Tabulam veri loci solis in zodiaco ingredere: & quod iuxta eum in minutis, aut gradu & minutis scribitur, serua. Diem autem oblatum mensis in Calendario inuestiga & in columnella solis, gradus & minuta animaduerte. Minuta tua seruata adde minutis animaduersis, & si eorum summa in 60 aut ultra creuerit, 60 ablatis, gradibus unum, reliquis minutis in suo loco relictis. Quod si in seruato numero graduum habueris: adde eundem gradibus animaduersis, qui si in 30 excreuerint: reijce 30 & ibi principium signi statues. Nomen enim signi proximo superpositum, signum est solis per quod decurrit. Gradus vero et minuta quot partes huius signi sol vero suo motu permeauerit, indicant. ¶ Verum in anno communi post exitum Februarii duntaxat 28 dies habentis, per omnes dies reliquorum mensium, facta huiusmodi additione, demendus est gradus vnus. Quod enim facta hac supputatione, reliquatur: verum locum solis in zodiaco in gradibus & minutis ad meridiem oblato diei ostendit. ¶ Quod si ad horam quampiam pomeridianam verum solis motum scire optaueris: motum diurnum elicitum partire Per 24: & emerget motus solis horarius, quem sitoties motui ad meridiem numerato adieceris, quot sunt horae pomeridianae propositae, verus motus ad horam oblatam prodibit. ¶ Quantum autem propter meridianorum distantiam addi aut subtrahi oporteat: quem id per exiguum & nullius momenti est consulto praeterimus. ¶ Demum quantas commoditates cognitio veri loci solis potissimum Rhomanae ecclesiae praebat ex sequentibus propositionibus abunde accipies.

De loco lune vero Propositionio Nona.



A

L Cum lune verum in signifero certo computo inuestigare ¶ Secundo loco de luna dicendum est: Moses igitur aegyptius, iudeus, legislator, mortalium omnium deo familiarissimus, lunam luminare minus, coelestium esse dominam in nocte recte putauit: quasi nocturnum solē, vel luminum vnam, aut noctu solam lucentem, Consentit Mosi Hali abenragel